

RECTOR & PROFESSORES P.
ILLUSTRIS SCHOLÆ BREMENSIS,

indicant exsequias

Matronæ atque Viduæ Consularis

MARGARETHÆ
SCHOENEN,
ex Gente SCHOENEA,

natæ Bremæ d. 12. Aug. A. MDCCII.

denatæ ibidem d. 21. August. A. MDCCLVII.

Ætatis anno LV. die IX.

in diem 25 Augusti A. MDCCLVII.

BREMÆ,

Typis, Viduæ b. H. C. Jani, quondam Illustr. Gymnasii Typographi.



[Faint, mirrored text from the reverse side of the page, appearing as bleed-through.]



indicant extempus
Matrona acque Vidua Consularis
MARGARETHA
SCHÖNE
ex Genu SCHÖNEA
nata Praem. d. d. Aug. A. MDCLII
Genata ibidem d. d. Aug. A. MDCCVII
Klavis anno LV. die IX.
in die d. Augusti A. MDCCVII



Sextus vix labitur mensis, ex quo Matrona Prænobilissima, cui iusta funebria paramus, tumulum composuit beati mariti, Consulis perquam Magnifici CHRISTIANI SCHÖNE, cujus memoriam isto tempore coluimus. Presso illum pede sequitur, ejus amantissima atque conjugalis amicitiae inter nos exemplum inligne, ab ejus obitu moerentissima & languens, pedetentim confecta. Notatum hoc fuisset inter paganos fatum, qui in funeribus conjugum, se mox excipientibus, non solum quid animadversione dignum, sed & *δειον*, mirandumque, quoniam rarius accidit, quin imo laudis defunctæ materiam, ignari scilicet viarum providentiæ, deprehendissent. Farraginem exemplorum viduarum conjugum, dolore confectarum, imo mortem violentam sibi adsciscantium, collegit *Ludovicus Vives, tract. de femina Christ: Libr. II.* adeundus illis, qui lectione variæ historiæ delectantur. Mittentes profusas nimis Artemisiæ laudes, Mausolum Regium maritum, tanto amore post funus prosequentis, ut cineres ejus paulatim ebiberet (*Valer. Max. Lib. IV. cap. 6.*) Indorum præterea uxores, se jam olim, rogo maritorum, ut & in hunc diem apud aliquas gentes, usu obtinet, imponentes (*Cicero Tuscul. Quest. Lib. V. cap. 27.*) ut & Evadnen Capanei uxorem, eandem viam ingressam, de qua *Ovidius, Accipe me, Capaneu, cineres miscbimus, inquit spbias, in medios desluitque rogos*, aliasque insanientes, quarum memoria, præter meritum conservata est, miserantesque sortem paganarum mulierum, quibus ob defectum justæ regulæ morum, species pro virtute habita, & quicquid erat vehemens modumque excedebat, pro heroica; lustremus justum dolorem cum desiderio piæ defuncti, attemperatum

tum ad amussim, quam verior & purior tradit religio. Doloris, etiam acerbo sensu tangi, dum causa adest, uti humanum est, sic & neutiquam legi divinæ adversum, quæ docet afflictiones immitti, non ut stoica mentis pertinacia, nos *απαθεις* & indifferentes in bonis atque malis, quod virtutis larva suadet, geramus, sed experientes castigantem manum, illam venerabundi osculemur, quæque inculcat, ut reverentes sapientiam Numinis, unde promanat omne moderamen factorum nostrorum, tum letorum tum tristem, conceptam animo ægritudinem, meditationibus atque exercitiis, quas suggerit religio quasque suadet pietas, leniamus, ne oblit officiis, debitis Deo, nobis ipsis, aut proximo. Et quidni Matrona, quæ Christo nomen dedit seque ipsi dicavit, ejus cultui devota, in statu viduitatis intenso magis beatæ *αγαθωτης* desiderio posset affici, sine morum & pietatis labe, dum edocta meliora, quæ ipsam post hanc vitam manent, deque illis vividius, per obitum propinquorum, insignite conjugis, quocum concors vixerat, monita, adventantem mortem, valetudine diu concussa, eminus advertit. Non desperatio ob amissa, quam rerum terrenarum concupiscentia acuit, neque consortium cum mortali, mentem tunc impellit, sed purior voluptas, qua coelum dat perfrui, sed societas cum illo, qui in amore pie mentis, primas tenet, Sospitatore, quem anima diligit, & quem hætenus illa desideravit quemadmodum cervus ad fontes aquarum, ut in beata æternitate, exsoluta a vinculis mortalis corporis atque sensuum seducientium, illum atoret, celebret inque illo delitietur jugiter. Hoc affectu animatam atque actam fuisse Matronam inter nos maxime conspicuam, atque in summo honorum gradu positam, cujus memoriæ hanc tabulam suspendimus, ut præsumamus, cognita ejus virtus jubet. Vitalem auram haurire cœpit hæc Bremæ, genus ducens ex nobilissimis gentibus, *Parente Viro Nobilissimo & Consultissimo HERMANNO SCHOENE J. V. D. & causarum patrono, Matre, Matrona insigni ANNA ADELHEIDE MEIER: Avum* in stemmate paterno habuit Virum Nobilissimum Consultissimum & Clarissimum ARNOLDUM SCHOENE J. V. D. & Antecessorem in alma Harderovicena, *Aviam* T. T. MARGARETHAM PIRENS, FRANCISCI, primum Jurium in Illustri Gymnasio patriæ Profesoris, dein Senatoris Amplissimi, denique Consulis perquam Magnifici, & T. T. MARGARETHÆ von RHEDEN, *filiam; Abavum* T. T. HERMANNUM SCHOENE J. V. D. & Reipublicæ Patriæ Senatorem meritisimum, *filium* T. T. ALBERTI, spectabilis Collegii Seniorum sodalis, & ADELHEIDIS SPECKHAHN, rara felicitate beati, ut filiorum, postmodum maximis meritis conspicuorum, quadrigam, intra biennii spatium, in celeberrima Argentinensi, laurea Doctorali ornatam cerneret, monente id & prædicante, Ordinis Jurisconsultorum ibidem Decano, in programmate edito; *Abaviam* T. T. KUNIGUNDAM STEDING *natam* Inclyti Viri CHRISTIANI STEDING, Consulis Senioris, & T. T. KUNIGUNDÆ von BORKUM: In materno vero *Avum* T. T. ALBERTUM MEIER, J. V. D. & causarum patronum, *Aviam* T. T. ADELHEIDEM HOLLEN, *filiam* Senatoris Amplissimi JOHANNIS HOLLE & T. T. ANNÆ ABRAHAMS; *Abavum* Virum immortalis memoriæ HENRICUM MEIER, Jurisconsultum Consulem, & Ecclesiarum in agro Patronum, qui res patriæ juvit, in periculosis temporibus, non solum consiliis, sed & variis scriptis publicis, insignite præstantissimo illo, quod in omnium est manibus, cui præfixus est titulus *Affertionis libertatis Reipublicæ Bremensis; Abaviam* T. T. GESAM von RHEDEN, *natam* Consulibus celeberrimi NICOLAI von RHEDEN, cujus memoriæ, vates Belgicus *Caspar Barleus*, lesu sepulcrali, inscripto *Visurgis lacrymans*, & collectioni carminum ejus inserto, celebravit, atque T. T. MARGARETHÆ CLAMP. Parentum cura ad omne virginale decus, ad pietatem & quæ sexum ornant, educata, majorum quoque cereis excitata, profecit ex voto, Deo annuente, ut omni modo emereret. Elegante corporis forma, morum suavitate & decore, virtutisque laude meruit amores, Viri quondam Nobilissimi & Consultissimi GERHARDI HARMES J. V. D. & advocati dexterrimi, sacris connubialibus A. 1720. d. 23. Januarii celebratis. Quam concors illud fuerit conjugium, improle tamen id mansit, supremo sapientissimoque factorum humanorum diribitore, sic jubente, obituque mariti, post annos quindecim, die 14 Junii A. 1735. diremtum. Ad secunda vota transiit d. 10 Aprilis sequentis anni 1736. cum antea laudato

Viro

Viro Nobilissimo & Consultissimo CHRISTIANO SCHOENE Jure Con-
 sulto eminentissimo, Senatore, Judice, postmodum Consule Perinolyto. Ex
 hoc quoque matrimonio, sobolem non vidit, dum nata d. 5 Aprilis A. 1741.
 filiola, antequam lucem vidisset, fuerat extincta, quod damnum, omni alia
 beatitatis parte, summa concordia conjugum, bonorumque affluentia, com-
 pensatum est. In illo connubio, dotes animi rarissimas explicandi, ansam
 nata multiplicem, omnium meruit existimationem. Devota mente Deum
 coluit, non in publicis solum coetus congregationibus, sed & privatim,
 adorationibus celebrationeque numinis, pietatem alendo, meditationibus
 sanctis & librorum illam exsufflantium lectione. Chara marito, valetudini
 ejus domuique summa prospexit cura, & fessam a laboribus pro bono pu-
 blico exantlatis, grata atque jucunda conversatione refecit. Chara quo-
 que ejus familiae atque liberis ex anteriore thoro prognatis, quod gratissi-
 mo praedicant animo, justissimam se gerendo novercam, matris jaeturam
 non solum tolerabilem reddidit, sed & compensavit, demonstrando
 omni opere, novercas posse aequare matres, quin & multas affectu su-
 perare. Liberalis erga egenos, sine pompa, aequa erga omnes, operam
 dedit in vita ut summam capitalem praceptorum impleret. In sex postre-
 mis vitae annis, concussa subinde valetudine, febriculis & anxietatibus, ve-
 rum remittentibus, in autumno Anni 1755. catarrhalibus morbis, quos tus-
 ses comitabantur, impetita, quorumque accessus in autumno anni nuperi
 gravius, minuto appetitu, sensit, vere hujus anni salubria promittente,
 inopinata beati mariti morte turbata, haecica pulmonali, & symptomatibus
 illam comitari solitis, emarcuit pedetentim, spiritumque reddidit, plena
 spei creatori, die 21 labentis circa horam secundam matutinam, votorumque
 suorum damnas facta est. Condentur exuviae mortales hodie sub hor. I. in
 templo Ansgariano. Memento Lector, faustum & optabile accidere
 viatoribus, reddi fodalibus suis in patria & Vale. Pos. d. 25 Aug.

A. MDCCLVII.



Hochel

SS

Hochdelgebo

Der

antreflichen D

Die sel

Der Herr

Schöne, der

Die Frau

heit Meiers.

Der Gro

Doktor und de

Die Gro

anfänglich ber

Nichters, zule

Rheden edelich

Der Ueber

verdient Herr

der Aeltereute

im Etervater,

Beispiel in der

Eddne, welche

Doktorwürde in

Die Ueber

han Steeding

von Borckum

Mütterliche

gewürdigter Do

Die Grogn

redionten Nades

Der Ueberg

redienter Bürger

besonder diejenige

mans Hinden ist

und seinen Nach

Die Uebergr

von Rheden, bi

Dichter E. Bathi

Margareta Bla

Vorrobenne

der einzigen Tod

schen Pflicht, die

welchen Gottesfuro

piel und Untervo

Exam, weil sie in

Sätes zur würdig